

*Die fehlerhafte Abschrift der Urkunde Friedrichs II. in E zwingt wieder zu zahlreichen Emendationen und Konjekturen (vgl. die Vorbem. zu Nr. 1, dort auch zu den sonstigen Eigenheiten von E). Das laut Ries Nr. * 126 in der Bestätigungs-urkunde von Peter III. genannte Friedrich-Diplom war für die Bewohner von Malta ausgestellt, meint also nicht die vorliegende Urkunde zu Gunsten des Grafen Heinrich (vgl. oben Anm. 22). In E findet sich zu Beginn des Textes am Rande das folgende Regest: Privilegio concesso dal re Fiderico ad Enrico conte de Malta di poter stampare moneta in dicta Isola a suo commodo.*

In nomine Dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi. Amen. Fredericus^{a)} divina favente clementia rex Sicilię, ducatus Apulię [et]^{b)} principatus Capuę, [in]^{b)} Romanorum imperatorem^{c)} electus [et]^{b)} semper augustus. Dignitas regia tunc vere^{d)} clarificatur^{e)} et rutilat, cum illorum obsequia specialius et liberalius recompensat, quos^{f)} ad sua servitia magis noverit utiles et devotos. Inde est quod nos prę oculis^{g)} habentes valde^{h)} grata servitia, quę tu, Enriceⁱ⁾ comes Maltę, dilecte fidelis noster, maiestati nostrę devote satis hactenus exhibuisti^{k)} nec cessas de bono in melius exhibere, pro tuarum compensationibus expensarum de gratia nostra concedimus, ut amodo liceat tibi monetam novam quidem^{l)} facere in predicta terra tua Maltę et pertinentiis eius ad tui commodum et profectum^{m)}. Ad huius autem nostrę concessionis memoriam et perpetuam firmitatem presens privilegium per manus Boni-hominis deⁿ⁾ Gaeta notarii et fidelis nostri scribi^{o)} et maiestatis nostrę sigillo precepimus^{p)} communiri, anno, mense et indictione^{q)} subscriptis.

Data^{r)} Messanę, anno dominicę incarnationis M^oCC^oXII^os), mense Ianuarii decimequintę indictionis^{t)}, regni vero domini nostri Frederici^{u)} Dei gratia gloriosissimi^{v)} regis Sicilię, ducatus Apulię et principatus Capuę, [in]^{w)} Romanorum imperatorem^{x)} electi et semper augusti anno decimoquarto, feliciter amen.

a) Fidericus E b) fehlt in E c) imperator E d) verse E e) va-
lificatur E f) que E g) opulis E h) valida E i) Enrige E; Heinrich
nennt sich selbst Henricus, vgl. oben Anm. 46. k) exhibuisti E; vgl. aber
Zeile 9: exhibere l) quid E. Möglicherweise ist libere zu konjizieren; vgl.
D F. I. 115, S. 196 Z. 23: monetam ... libere statuendam ... concedimus.
m) perfectum E n) da E o) scribę E p) percepimus E q) inditione
E r) Dat mit Kürzungsstrich E s) 1212 über durchgestrichener und aus
1211 korrigierter Zahl 1212 in E nachgetragen. t) inditionis E u) Fiderici
E v) gloriosi E w) fehlt in E; vgl. oben Anm. b). x) imperatoris E;
vgl. oben Anm. c).